

ŠKOFIJSKI LIST

38.

Motu proprio.

1.

Commissio instituitur ad Codicis canones authenticè interpretandos.

Benedictus PP. XV.

Cum iuris canonici Codicem, fel. rec. decessoris Nostri Pii X iussu digestum, non multo ante, expectationem totius catholici orbis explentes, promulgaverimus, Ecclesiae bonum ipsiusque natura rei profecto postulant ut, quantum fieri potest, caveamus, ne aut incertis privatorum hominum de germano canonum sensu opinionibus et coniecturis, aut crebra novarum legum varietate, tanti operis stabilitas in discrimen aliquando vocetur. Quapropter propositum Nobis est utrique incommodo occurrere; quod ut efficiamus, Motu proprio, certa scientia atque matura deliberatione Nostra, haec quae infra scripta sunt statuimus atque decernimus:

I. Exemplum decessorum Nostrorum secuti, qui decretorum Concilii Tridentini interpretationem proprio Patrum Cardinalium coetui commiserunt, Consilium seu Commissionem, uti vocant, constituimus, cui uni ius erit Codicis canones authenticè interpretandi, audita tamen, in rebus maioris momenti, Sacra ea Congregatione cuius propria res sit, quae Consilio disceptanda proponitur. Idem vero Consilium constare volumus ex aliquot S. R. E. Cardinalibus, quorum unus coetui praesit, Auctoritate Nostra et successorum Nostrorum deligendis; his accedent tum vir probatus, qui sacri Consilii erit ab Actis, tum aliquot Consultores ex utroque clero iuris canonici periti, eadem Auctoritate designandi; sed Consilio ius erit Consultores quoque Sacrarum Congregationum, pro sua quemque re, sententiam rogandi.

II. Sacrae Romanae Congregationes nova Decreta Generalia iam nunc ne ferant, nisi qua gravis Ecclesiae universae necessitas aliud suadeat. Ordinarium igitur earum munus in hoc genere erit tum curare ut Codicis praescripta religiose

serventur, tum Instructiones, si res ferat, edere, quae iisdem Codicis praeceptis maiorem et lucem afferant et efficientiam pariant. Eiusmodi vero documenta sic conficiantur, ut non modo sint, sed appareant etiam quasi quaedam explanationes et complementa canonum, qui idcirco in documentorum contextu peropportune afferrentur.

III. Si quando, decursu temporum, Ecclesiae universae bonum postulabit, ut novum generale decretum ab aliqua Sacra Congregatione condatur, ea ipsa decretum conficiat, quod si a Codicis praescriptis dissentiat, Summum Pontificem de eiusmodi discrepantia moneat. Decretum autem a Pontifice adprobatur, eadem Sacra Congregatio ad Consilium deferat, cuius erit, ad Decreti sententiam, canonem vel canones redigere. Si decretum e praescripto Codicis discrepet, Consilium indicet cuinam Codicis legi nova lex sufficienda sit; si in decreto res vertetur de qua Codex sileat, Consilium constituat quo loco novus canon vel novi canones sint in Codicem inserendi, numero canonis, qui proxime antecedit, bis, ter, etc. repetito, ne canon sede sua moveatur ullus aut numerorum series quoquo pacto perturbetur. Quae omnia, statim post Sacrae Congregationis Decretum in Acta Apostolicae Sedis referantur.

Quae Nobis videmur utiliter in hac causa decrevisse, ea omnia et singula, uti decreta sunt, ita rata et firma esse et manere volumus ac iubemus: contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die XV mensis septembris anno MCMXVII, Pontificatus Nostri quarto.

BENEDICTUS PP. XV.

2.

De sacra Congregatione pro Ecclesia Orientali.

Dei providentis arcano consilio locum obtinentes beati Petri Apostolorum Principis, quem Dominus Jesus animarum, suo redemptarum sanguine Pastorem in terris summum perpetuum-

que constituit, omnem Nos adhibere vigilantiam et curam, ut universae ac singulae non modo conserventur sed accrescant ecclesiae, ex quibus compactum et coagmentatum constat unum corpus Christi mysticum, seu Ecclesia Catholica, equidem pro apostolici officii conscientia studemus. Cum autem omnes particulares ecclesias paterna caritate complectimur, tum praesertim orientales, quippe quae in vetustiore suorum temporum memoria lumina offerant sanctitatis doctrinaeque tam clara, ut eorum splendore etiam nunc, tanto intervallo, reliquas christianorum regiones collustrari videamus. Iam vero contemplari sine maerore non possumus, quemadmodum ex florentissimis amplissimisque tam tenues ac miserae sint effectae, postquam scilicet lamentabilium series continuatioque causarum maximum orientalium numerum ab Ecclesiae Matris complexu distraxit. Utinam dilectis ex Oriente filiis, divino munere, contingat in possessionem pristinae prosperitatis et gloriae aliquando restitui; Nos interea, Nostrarum partium memores, dabimus diligenter operam ut ecclesiarum orientalium affictas res, quantum est in Nobis, relevemus.

Itaque deliberatum Nobis est pro unitis, qui dicuntur, orientalibus propriam Sacram Congregationem instituere, cuius Nosmet ipsi geramus, Nostrique deinceps successores, praefecturam. Quae enim pro negotiis ritus orientalis usque adhuc fuit, Pii IX, f. r. decessoris Nostri auctoritate iussuque condita, cum S. Congregationi de Propaganda Fide adiuncta esset, ut huius quasi quaedam accessio posset videri, non ignoramus aliquos fuisse non bene erga Apostolicam Sedem animatos, a quibus Romani Pontifices inde arguerentur catholicos Orientales parvi pendere, eosque Latinis velle subiectos. Huiusmodi criminationes etsi quisquis res ex veritate aestimat, videt inanes esse, volumus tamen de huius Apostolicae Sedis in Orientales benevolentia constare ita ut dubitare iam liceat nemini. Et nostri quidem Orientales, cum videant Pontificem Maximum suis utilitatibus ipsum prospicere, intelligent profecto non posse Apostolicam Sedem se eis amantiores ostendere. E ceteris autem libet confidere iam non fore qui Latinos in suspicionem Orientalibus adducant, cum vel ex hac re sit manifestum, in Ecclesia Jesu Christi, ut quae non latina sit, non graeca, non slavonica, sed catholica, nullum inter eius filios intercedere discrimen, eosque, sive latinos, sive graecos, sive slavos, sive aliarum nationum, omnes apud hanc Apostolicam Sedem eundem locum obtinere.

Quare de apostolicae potestatis plenitudine haec Motu proprio statuimus et sancimus:

I. Sacra Congregatio de Propaganda Fide pro negotiis ritus orientalis die XXX mensis novembris huius anni esse desinat.

II. Seorsum a S. Congregatione de Propaganda Fide, S. Congregatio pro Ecclesia Orientali sit a die I mensis insequentis: cui quidem praerit ipse Summus Pontifex. Ea complectetur aliquod S. R. E. Cardinales, ex quibus unus Secretarius erit: adiunctos habebit e spectatissimis de Clero viris unum Assessorem et plures tum ex latino tum ex orientali ritu Consultores; praeterea idoneum officialium numerum ex clericis qui rerum orientalium peritiores sint.

III. Huic Congregationi reserventur omnia cuiusvis generis negotia quae sive ad personas, sive ad disciplinam, sive ad ritus Ecclesiarum orientalium referuntur, etiamsi sint mixta, quae scilicet sive rei sive personarum ratione latinos quoque attingant.

IV. Pro Ecclesiis ritus orientalis haec Congregatio omnibus facultatibus potiatur, quas aliae Congregationes pro Ecclesiis ritus latini obtinent, salvo tamen iure Congregationis S. Officii.

V. Eadem Congregatio controversias dirimat via disciplinari; quas vero ordine iudiciario dirimendas iudicaverit, ad tribunal remittet quod ipsa Congregatio designaverit.

Quae omnia rata et firma esse volumus in perpetuum, contrariis quibuslibet, etiam specialissima mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum die I mensis maii, anno MDCCCXVII, Pontificatus Nostri tertio.

BENEDICTUS PP. XV.

3.

De Instituto Pontificio studiis rerum orientalium provehendis.

BENEDICTUS PP. XV.

Orientis catholici ad spem veteris prosperitatis excitandi causa, mense maio vertentis anni Sacram Congregationem pro Ecclesia Orientali instituimus. Sed quod habemus propositum certe eveniet facilius uberiusque, si, qui in eo persequendo Nobis navaturi sunt operam, illi optime parati instructique ad laborandum devenerint, Itaque proprium altiorum studiorum domicilium de rebus orientalibus in hac Urbe, christiani nominis capite, condere decrevimus, idque et omni apparatu, quem huius aetatis eruditio postulat, ornatum, et doctoribus, in uno quoque genere

peritissimis Orientisque perstudiosis insigne: in quo quidem Latini primum sacerdotes qui apud Orientales sacrum ministerium obire voluerint, congruenti, quae omnes numeros habeat, institutione formentur. Haec porro studiorum domus pateat etiam Orientalibus tum unitis tum orthodoxis qui appellantur: illis quo ordinarium doctrinae curriculum harum disciplinarum accessione perficiant; hi vero ut possint, omni praeiudicata opinione deposita, veritatem penitus perscrutari. Volumus enim ibi doctrinae catholicae simul et orthodoxae una pariter procedat expositio, ut cuivis sui iudicii viro evidens fiat quibus e fontibus utraque manaverit, ex Apostolorum praedicatione, Ecclesiae perenni magisterio ad nos tradita, an aliunde.

Quod igitur rei christianae in Oriente bene vertat, Nos Motu proprio constituimus et sancimus:

I. Institutum studiis rerum orientalium provehendis Romae esto quod praecipua sub vigilantia cura Summi Pontificis positum, pontificii titulo decoretur.

II. Illud S. Congregationi pro Ecclesia Orientali proxime subiectum erit, per eamque Nobis ac Nostris successoribus:

III. Propria distinctaque sedes Instituto erit in iis prope Vaticanum aedibus, ubi „Hospicium de Convertendis“ vulgo dictum, usque adhuc fuit: id quod fieri volumus sine ullo detrimento ipsius Hospitii.

IV. Hae in Instituto tradantur disciplinae:

- a) Theologia orthodoxa quae varias orientalium christianorum de divinis rebus doctri-

nas attingat, cum praelectionibus de Patrologia orientali, de Theologia historica ac de Patristica.

- b) Ius canonicum omnium Orientis christianarum gentium.

- c) Multiplex Orientalium Liturgia.

- d) Byzantii Orientisque reliqui Historia tum sacra tum civilis: cui praelectiones accedent, de Geographia ethnographica, de Archeologia sacra, de Constitutione earum gentium civili et politica.

- e) Litterae sermonesque Orientalium.

V. Horum omnium studiorum cursus bienio conficiatur.

VI. Scholas Instituti frequentabunt sacerdotes ex latino ritu qui in Oriente sacrum ministerium obituri sunt: easdem frequentare licebit non modo clericis nostris orientalibus, sed etiam iis orthodoxis qui sint veritatis altius inquirendae cupidi.

VII. Ne quid autem adiumenti ad studia ibidem desit, Instituto Bibliothecam adiungimus bene apparatus cum a librorum delecta copia, tum a scriptis periodicis quae ad rem pertineant.

Quae vero hic a Nobis constituta sunt, ea in perpetuum valere iubemus, contrariis quibusvis, etiam specialissima mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum, die XV mensis octobris MDCCCXVII, Pontificatus Nostri anno quarto.

BENEDICTUS PP. XV.

39.

Decretum

URBIS ET ORBIS

DE ELEVATIONE RITUS AD DUPLICEM I CLASSIS DIE 19 MARTII, S. IOSEPH SPONSI B. MARIAE VIRG. CONF., ET DIE 29 SEPTEMBRIS, IN DEDICATIONE S. MICHAELIS ARCH.

Quum ex Canone n. 1267 § 1, iam vigente, Codicis iuris canonici, inter dies festos de praeepto adnumeretur etiam Festum S. Ioseph Sponsi B. Mariae Virginis, Conf., quod maxime decet nobiliori ritu decorare, quumque etiam Festum in Dedicatione S. Michaelis Archangeli, cum quo militiae caelestis principe omnes angelorum chori honorantur, eadem ritus nobilitate dignum visum fuerit, Sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XV supplicibus quoque votis cleri plebisque fidelis ab infrascripto Cardinali Sacrae

Rituum Congregationi Pro-Praefecto relatis libentissime obsecundans utrumque Festum primum, respectiva die 19 martii et 29 septembris in universa Ecclesia recolendum, a ritu duplici secundae classis ad altiore ritum duplicem primae classis absque octava evehere dignatus est; atque sub tali ritu duplici primae classis cum subsequentibus variationibus infrascriptis in futuras Breviarii Romani typici reproductiones inducendas esse iussit ac decrevit; servatis Rubricis:

In Kalendario.

19 martii — S. Ioseph, Sponsi B. M. V., Conf., Duplex I classis.

29 septemb. — Dedicatio S. Michaelis Archang., Duplex I classis.

In Catalogo Festorum.

Duplicia I Classis Primaria.

Post Assumptionem B. M. V. ponatur: Dedicatio S. Michaelis Arch.

Post Nativitatem S. Ioannis Baptistae ponatur: Festum S. Ioseph, Sponsi B. Mariae Virg., Conf.

In Catalogo Festorum.

Duplicia II Classis.

Expungantur festa Dedicationis S. Michaelis Archangeli et S. Ioseph.

In corpore Breviarii.

Die 18 martii, in fine, rubrica Vesperarum sic ponatur: Vesperae de sequenti, Commemoratio tantum Feriae. Post titulum Festi ponatur: Duplex I classis.

Die 19 martii — In I Vesperis expungatur rubrica: Et fit Commemoratio praecedentis.

Die 29 septembris — Post titulum Festi ponatur: Duplex I classis.

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 12 decembris 1917.

† A. Card. Vico,

Ep. Portuen. et S. Rufinae, S. R. C. Pro-Praefectus.

L. † S.

Alexander Verde,
Secretarius.

40.

Dubia circa octavas simplices.

A Sacrorum Rituum Congregatione sequentium Dubiorum solutio expostulata fuit nimirum:

I. An Decretum S. R. C. diei 7 augusti 1914, ad 2, statuens quod si infra Octavam simplicem Nativitatis B. M. V. dicenda sit Missa votiva eiusdem B. M. V., legatur Missa ut in festo Nativitatis B. M. V. cum Gloria, sed sine Credo, extendatur ad alias infra Octavas simplices?

Et, quatenus affirmative:

II. An infra Octavam simplicem, de qua peragenda non est Commemoratio in Officiis occurrentibus, omitti debeant Suffragium et Preces?

Et, quatenus negative:

III. An saltem in Officio diei Octavae simplici omitti debeant Suffragium et Preces?

IV. An Symbolum, dicendum in Missa festi, ratione non Dominicae aut Octavae, sed ipsius Festi, in Missa diei Octavae simplicis eiusdem Festi, omitti debeat?

V. An Praefatio propria Missae Festi, legi etiam debeat in Missa diei Octavae simplicis eiusdem Festi?

Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, reque accurate perpensa, ita respondendum censuit:

Ad I. Affirmative.

Ad II. Negative.

Ad III. Affirmative, iuxta rubricas novi Breviarii Typici.

Ad IV. Affirmative.

Ad V. Affirmative.

Atque ita rescripsit et declaravit, die 18 ianuarii 1918.

† A. Card. Vico,

Ep. Portuen. et S. Rufinae, S. R. C. Pro-Praefectus,

L. † S.

Alexander Verde,
Secretarius.

41.

Codex iuris canonici.

Titulus VII.

De matrimonio (nadaljevanje).

Cap. III.

De impedimentis impedimentibus.

Novi zakonik našteva prav na kratko za držke, ki zakon zabranjujejo, le o mešanem zakonu podaja bolj točna navodila (Can. 1058—1066).

Obljube.

Najpoprej našteva obljube, radi katerih bi bil zakon sicer veljaven, toda je zabranjen. Naštevajo pa te-le: „matrimonium impedit votum simplex virginitatis, castitatis perfectae, non nubendi, suscipiendi ordines sacros et amplectendi statum religiosum (Cah. 1058).

Od teh obljub more dati oprost škof, razen v dveh slučajih, namreč: „Vota privata Sedi Apo-

stolicae reservata sunt tantummodo votum perfectae et perpetuae castitatis et votum ingrediendi in religionem votorum solemniū, quae emissae fuerint absolute et post completum decimum octavum aetatis annum“ (Can. 1309).

Mixta religio.

Zadržek, ki zakon zabranjuje, je impedimentum mixtae religionis, to je zakon med dve-ma krščenima osebam, od katerih je ena katoliška, druga pa krivoverska ali razkolniška.

Zakonik pravi, da tak zakon cerkev strogo prepoveduje; da, v slučaju, če je za katoliško stranko ali za otroke nevarnost odpada od vere katoliške, prepoveduje tak zakon tudi božja postava (Can. 1060).

a) Oprost od tega zadržka.

Podeli pa cerkev oprost od tega zadržka le 1. si urgeant iustae ac graves causae;

2. si cautionem praestiterit coniux catholicus de amovendo a coniuge catholico perversionis periculo et uterque coniux de universa prole catholice tantum baptizanda et educanda;

3. si moralis habeatur certitudo de cautionum implemento.

Nazadnje zahteva zakonik, „ut cautiones regulariter in scriptis exigantur“ (Can. 1061).

Župnik mora torej preiskavati, da li za oprost govori zadosten razlog, potem mora navadno zahtevati pismeno obljubo, da se od katoliške stranke odstrani vsaka nevarnost odpada in da se bodo vsi otroci le po katoliško krstili in vzgojevali.

To pa še ni dovolj; ampak mora v prošnji za oprost podati izjavo, kako sodi on, ki pozna vse razmere zaročencev, o večji ali manjši verjetnosti, da se bosta dani obljubi izpolnjevali.

Katoliška stranka se mora pa še posebe opozoriti na dolžnost „conversionem coniugis acatholici prudenter curandi“ (Can. 1062).

b) Poroka po oprostu.

Po danem oprostu „in matrimoniis inter partem catholicam et acatholicam interrogationes de consensu fieri debent“ (Can. 1102) „dummodo parochus neque vi neque metu constrictus sit“ (Can. 1095 § 1. n. 3.).

De assistentia passiva zakonik nič ne ve, ampak dopušča, da dotični župnik za privolitev v zakon popraša in jo sprejme, namreč najbolje po cerkvenem obredniku.

Toda vsak drug obred je prepovedan: „sed omnes sacri ritus prohibentur“ (Can. 1102, § 2.). Dotično popraševanje se torej izvrši zunaj cer-

kve; župnik je samo v talarju, nima pa ne roketa in ne štole.

Vendar pa Zakonik doda: „Quod si ex hac prohibitione graviora mala praevideantur, Ordinarius potest aliquam ex consuetis ecclesiasticis caeremoniis, exclusa semper Missae celebratione, permittere“ (ibid.).

c) Dolžnosti duhovnega pastirja.

Zakonik našteva še sledeče dolžnosti: Ordinarii alique animarum pastores: 1. Fideles a mixtis nuptiis, quantum possunt absterreant. 2. si eos impedire non valeant, omni studio curent, ne contra Dei et Ecclesiae leges contrahantur; 3. mixtis nuptiis celebratis sive in proprio, sive in alieno territorio, sedulo invigilent, ut coniuges promissiones factas fideliter impleant“ (Can. 1064).

Svarila glede zakona.

Duhovni pastir naj se na vso moč prizadeva, da odvrne zakon „cum iis, qui notorie aut catholicam fidem abiecerunt, etsi ad sectam acatholicam non transierint, aut societatibus ab Ecclesia damnatis adscripti sunt“ (Can. 1065, § 1.).

Kako pa naj župnik postopa, ako takega zakona nikakor ne more preprečiti? Naj ne poroča kar po lastni volji, ampak naj zadevo sporoči škofu, ki bo poročanje dovolil, „dummodo urgeat gravis causa et pro prudenti suo arbitrio iudicet satis cautum esse catholicae educationi universae prolis et remotioni periculi perversionis alterius coniugis“ (ibid. § 2.).

Še en slučaj bi se v naših žalostnih časih mogel dogoditi: javen, vsem poznan grešnik se noče poprej izpovedati, ali od cerkvene kazni zadeti se noče spraviti s cerkvijo. Kaj naj stori župnik v tem slučaju? „Parochus matrimonio ne assistat, nisi gravis urgeat causa, de qua, si fieri possit, consulat Ordinarium“ (Can. 1066).

Državni zabranjujoči zadržki.

Omenjenih cerkvenih zadržkov država ne prizna; pač pa je tudi postavila tri zadržke, ki v njenem pravu zakon zabranjujejo: militia, defectus consensus politici, tempus luctus pro vidua. Zaradi mogočih sitnosti se morajo tudi ti zadržki pred poroko odstraniti.

Cap. IV.

De impedimentis dirimentibus.

V novem zakoniku so precej izpremenjeni zadržki, radi katerih se ne more skleniti veljaven zakon, to so impedimenta dirimentia. Na te naj opozorim.

Defectus aetatis.

Novi Zakonik določuje: „Vir ante decimum sextum aetatis annum completum, mulier ante decimum quartum item completum, matrimonium validum inire non possunt“ (Can. 1067, § 1.).

Vrh tega naj duhovni pastir poskrbi, da se zakoni ne sklepajo „ante aetatem, qua secundum regionis receptos mores, matrimonium iniri solet“ (ibid. § 2.); torej pri nas okoli dvajsetega leta.

Consanguinitas.

Tukaj so stopnje skršene, ne sicer in linea recta, ampak in linea laterali; neveljaven bi bil namreč zakon med sorodniki le do tretjega kolena; četrto koleno odpade (Can. 1076, § 2.). Pomnoži pa se sorodstvo le tolikokrat, „quoties communis stipes multiplicatur“ (ibid. § 2.).

Za slučaj dvoma o sorodstvu določi Zakonik izrečno, da se poroka nikakor ne more dovoliti, „si quod subsit dubium, num partes sint consanguineae in aliquo gradu lineae rectae aut in primo gradu lineae collateralis“ (ibid. § 3.).

Affinitas.

Pri svaštvu se novo in staro pravo še bolj razlikuje. Izvor tega zadržka je „matrimonium validum sive ratum tantum, sive ratum et consummatum“ (Can. 97). Svaštva „ex copula illicita“ novi Zakonik ne pozna.

Razdira pa zakon „in linea recta in quolibet gradu, in linea collateralis usque ad secundum gradum inclusive“ (Can. 1077, § 1.).

Pomnoži pa se svaštvo „1. quoties multiplicatur impedimentum consanguinitatis, a quo procedit; 2. iterato successive matrimonio cum consanguineis coniugis defuncti“ (ibid. § 2.).

Publica honestas.

Po novem Zakoniku izvira ta zadržek edino le „ex matrimonio invalido sive consummato, sive non et ex publico vel notorio concubinato“ vsi drugi izvori odpadejo.

In ta zadržek onemogoči veljaven zakon samo „in primo et secundo gradu lineae rectae inter virum et consanguineas mulieris et vice versa“ (Can. 1098).

Cognatio spiritualis.

Po novem Zakoniku izvira iz sv. krsta duhovno sorodstvo, ki ovira le veljaven zakon krščenega „cum baptizante et cum patrino“ (c. 1079 in 768). Duhovno sorodstvo iz sv. birme zakona več ne zadeva.

Drugi zadržki.

Nespremenjeni pa so zadržki: impotentia, vinculum matrimonii existentis, disparitas cultus, ordo sacer, professio religiosa solemniter raptus, crimen (Can. 1068—1075).

Cap. V.

De consensu matrimoniali.

De consensu ima novi Zakonik času primerno jako točna določila.

Oznaka privolitve.

Privolitev „inter personas iure habiles legitime manifestata“ naredi zakon; nobena človeška oblast je ne more nadomestiti. Je pa ta privolitev „actus voluntatis, quo utraque pars tradit et acceptat ius in corpus, perpetuum et exclusivum, in ordine ad actus per se aptos ad prolis generationem“ (Can. 1081).

Seveda mora privolitev biti resnično notranja in se vselej predpostavlja „conformiter verbis vel signis in celebrando matrimonio adhibitis“ (Can. 1086, § 1.).

Neveljaven pa bi bil sklenjen zakon „si alterutra vel utraque pars positivo voluntatis actu excludat matrimonium ipsum, aut omne ius ad coniugalem actum, vel essentialem aliquam matrimonii proprietatem“ (ibid. § 2.).

Nevednost.

Da je privolitev res privolitev v zakon „necesse est, ut contrahentes saltem non ignorent matrimonium esse societatem permanentem inter virum et mulierem, ad filios procreandos, quae ignorantia post pubertatem non praesumitur“ (Can. 1082).

Zmota.

Raznovrstne zmote morejo storiti, da je privolitev v zakon neveljavna. Zakonik določuje:

Zakon je neveljaven, ako je „error circa personam“, potem „error circa qualitatem personae, quot redundat in errorem personae vel si persona libera matrimonium contrahat cum persona, quam liberam putat, cum sit serva, servitute proprie dicta“ (Can. 1083).

Privolitve v zakon pa stori neveljavne „error circa matrimonii unitatem vel indissolubilitatem aut sacramentalem dignitatem, etsi det causam contractui“ (Can. 1084).

Zavest, da je zakon, ki se je sklenil, neveljaven „consensum matrimonialem necessario non excludit“ (Can. 1085).

Sila in strah.

Zakonik jasno določuje, da je zakon neveljaven edino le „ob vim et metum gravem ab extrinseco et iniuste incussum, a quo, ut quis se liberet, eligere cogatur matrimonium. Nullus alius metus, etiamsi det causam contractui, matrimonii nullitatem secum fert“ (Can. 1087).

Način privolitve.

Da bo zakon veljaven, morata biti zaročenca navzočna sama ali po namestniku in morata privolitev povedati z besedami; nedopustni so katerikoli istopomembni znaki, ako zaročenec more govoriti (Can. 1088).

Zakonik določuje vse, kar je potrebno, da se more po namestniku skleniti veljaven zakon (Can. 1089, § 1.—4.). Dopusča tudi tolmača (Can. 1090) in doda:

„Matrimonio per procuratorem vel per interpretem contrahendo parochus ne assistat, nisi adsit iusta causa et de authenticitate mandati vel de interpretis fide dubitari nullo modo liceat, habita, si tempus suppetat, Ordinarii licentia“ (Can. 1091).

Obstoj privolitve.

Naj bi bil zakon radi kakega zadržka neveljaven, se vendar predpostavlja, da privolitev še obstoji, „donec de eius revocatione constituerit“ (Can. 1043).

Cap. VI.

De forma celebrandi matrimonii.

O tem velja tudi po novem Zakoniku dekret „Ne temere“ z dne 2. avgusta 1907 (Škof. list 197 str. 126—128; Navodilo za duhovnike, Škof. list 1908, str. 47—53, resp. 55—587; potem še z ozirom na dotične državne zakone Škof. list 1908, str. 84, 85).

Ker je v Zakoniku le par posebno za nas brezpomembnih izprememb, ni treba zopetne razlage; gospodje se ravnajte po razlagi, ki se je podala na zgoraj omenjenih straneh Škofijskega lista. Le nekaj določb:

Pooblastila.

Škof ali župnik, ki imata pravico poročati, moreta tudi drugega pooblastiti, toda „licentia dari debet sacerdoti determinato ad matrimonium determinatum, exclusis quibuslibet delegationibus generalibus... secus irrita est“ (Can. 1096, § 1.). Torej za vsak natanko določen zakon

posebej se more in mora poročanje dovoliti prav določenemu, torej z lastnim imenom označenemu duhovniku; splošna dovolitev za vse zakone sploh ali pa duhovnikom sploh bi bila neveljavna. No, izvzet je po Zakoniku samo en slučaj, namreč „nisi agatur de vicariis cooperatoribus pro parochia, cui addicti sunt“ (ibid.); torej svoje kaplane more župnik pooblastiti sploh za vse zakone, ki se bodo v dotični župniji sploh sklenili.

Obred.

Zakonik določuje: „Extra casum necessitatis servantur ritus in libris ritualibus ab Ecclesia probatis praescripti aut laudabilibus consuetudinibus recepti“ (Can. 1100).

Zakonik naroča, naj župnik poskrbi, da zaročenci prejmo tudi slovesni blagoslov, „sed solum in Missa servata speciali rubrica et excepto tempore feriato“; ta blagoslov morejo zakonski prejeti „etiam postquam diu vixerint in matrimonio“; ta blagoslov sme podeliti sam ali po pooblaščenцу samo tisti duhovnik, „qui valide et licite matrimonio potest assistere“ (Can. 1101, § 1., 2.).

Matice.

Posebe naroča Zakonik, naj izvršeno poroko župnik ali njegov namestnik neutegoma zabeleži v poročno knjigo po škofijskih predpisih, naj bi poročal tudi kak drug od njega pooblaščen duhovnik (Can. 2103, § 4.).

Dan poroke naj zabeleži župnik tudi v krstni knjigi; ako je poročenec rojen drugod, naj podatke nemudoma sporoči dotičnemu župniku (ib. § 2.).

Cap. VIII.

Caput VII. „de matrimonio conscientiae“ lahko preskočimo in pogledamo Cap. VIII.

De tempore et loco celebrationis matrimonii.

Čas.

O času določuje novi Zakonik, da se poroka more in sme opraviti „quolibet anni tempore“. Prepoveduje se edino le „solemnis nuptiarum benedictio a 1. dominica Adventus usque ad diem Nativitatis Domini inclusive, et a fer. IV. Cinerum usque ad dominicam Paschatis inclusive“ (Can. 1108, § 1., 2.).

„Ordinarii tamen locorum possunt, salvis legibus liturgicis etiam praedictis temporibus eam permittere ex iusta causa, monitis sponsis ut a nimia pompa abstineant“ (ib. § 3.).

Poroke so torej dovoljene v vsakem času leta; edino le slovesni blagoslov, namreč blagoslov med sveto mašo, je prepovedan v adventu in v štiridesetdnevem postu. Vendar pa ga more dovoliti škof a) ex iusta causa, b) salvis legibus liturgicis namreč glede mašnega formularja (vide Directorium 1918, pg. 9, n. 4) in c) monitis sponsis, ut a nimia pompa abstineant.

Za našo škofijo pooblastim vse župnike, da tudi v adventu in v štiridesetdnevem postu pripuste slovesni blagoslov, kadar po svoji previdnosti mislijo, da obstoji iusta causa. Le obljubijo naj zaročenci, da se bo poroka in svatba vršila brez krika in šuma, da na svatbi ne bo plesa in da se bo mirna svatba končala do večera.

Kraj.

Zakonik določuje, naj se poroke katoličanov vrše v župnijski cerkvi; vendar pa more dovoliti škof in tudi župnik, da se poroka opravi „in alia ecclesia vel oratorio sive publico, sive semipublico“ (Can. 1109, § 1.).

„In aedibus privatis“ naj se zakoni ne sklepajo; le v kakem posebnem slučaju in iz zares tehtnega razloga bi mogel škof to dovoliti. Isto velja „de ecclesiis vel oratoriis sive Seminariis sive religiosarum“ (ib. § 2.).

Mešani zakoni naj se sklepajo vselej zunaj cerkve. V cerkvi, toda brez svete maše, more tako poroko dovoliti škof, si prudenter iudicet, id prudenter servari non posse, quin graviora orientur mala (ib. § 3.).

Cap. IX.

De matrimonii effectibus.

V tem oziru novi Zakonik ne določuje nič novega. Poudarja dolžnosti staršev do otrok, rekoč: „Parentes gravissima obligatione tenentur proliis educationem tum religiosam et moralem, tum physicam et civilem pro viribus curandi et etiam temporali eorum bono providendi“ (Can. 1113).

Zakonski otrok.

Zakonski so otroci „concepti aut nati ex matrimonio valido vel putativo“ (Can. 1114). „Pater est, quem iustae nuptiae demonstrat, nisi evidentibus argumentis contrarium probetur. — Legitimi praesumuntur filii, qui nati sunt saltem post sex menses a die celebrati matrimonii, vel intra decem menses a die dissolutae vitae coniugalitatis“ (Can. 1115, § 1., 2.).

Tudi državna postava zahteva, da se v teh okoliščinah otrok zapiše kot zakonski, dokler ni

nezakonnosti izrekla sodnija in ni politična oblast odredila poprave matic.

Pozakonitev.

Nezakonski otrok se pozakoni „per subsequens parentum matrimonium sive verum sive putativum...“, dummodo parentes habiles existerint ad matrimonium inter se contrahendum. tempore conceptionis; vel praegnationis, vel natiuitatis“ (Can. 1116).

Postopek za pozakonitev poglej v knjigi „Synodus Labacensis“ II. (pg. 140, 141, 224—228).

Cap. X.

De separatione coniugum.

V tem poglavju govori Zakonik: Art. I. de dissolutione matrimonii; art. II. de separatione tori, mensae, habitationis.

Praktična za dušno pastirstvo so določila de separatione a toro et mensa. Zato naj samo o teh poročam.

De separatione tori, mensae et habitationis.

Zakonski so dolžni ohraniti skupno zakonsko življenje, „nisi iusta causa eos excuset“ (Can. 1128).

Ako so zadostni razlogi, se dovoli ločitev, in sicer vedna ali pa le začasna.

Vzrok vedne ločitve.

Za vedno ločitev je edini vzrok „adulterium coniugis“; v tem slučaju odreja Zakonik: „alter coniux, manente vinculo, ius habet solvendi, etiam in perpetuum, vitae communionem, nisi in crimen consenserit, aut eidem causam dederit, vel illud expresse aut tacite condonaverit, vel ipse quoque idem crimen commiserit“ (Can. 1129, § 1.).

Kdaj pa se zgodi „condonatio“? Zakonik pravi: „Tacita condonatio habetur, si coniux innocens, postquam de crimine adulterii certior factus est, cum altero coniuge sponte, maritali affectu, conversatus fuerit; praesumitur vero, nisi sex intra menses coniugem adulterum expulerit vel dereliquerit, aut legitimam accusationem fecerit“ (ibid. § 2.).

V tem slučaju nedolžni zakonski ni nikdar več dolžan, da bi nezvestega druga pripustil k skupnemu življenju; ako pa hoče, da zopet skupaj živita, sme to storiti (Can. 1130).

Vzroki začasne ločitve.

Take vzroke našteva Zakonik precej natančno: „Si alter coniux sectae acatholicae nomen dederit; si prolem acatholice educaverit; si vitam criminosam et ignominiosam ducat; si grave seu animae seu corporis periculum alteri facessat; si saevitiis vitam communem nimis difficilem reddat, haec aliaque id genus, sunt pro altero coniuge totidem legitimae causae discedendi auctoritate Ordinarii loci, aut etiam propria auctoritate, si de eis certo constet et periculum sit in mora“ (Can. 1131, § 1.).

V teh slučajih se mora skupno zakonsko življenje zopet začeti, ko prenehajo vzroki ločitve; če je pa ločitev dopustil škof s svojo razsodbo, „ad certum incertumve tempus, coniux innocens ad id non obligatur, nisi ex decreto Ordinarii vel exacto tempore“ (ib. § 2.).

Po ločitvi ostanejo otroci pri nedolžnem, v slučaju odpada od vere pri katoliškem zakonskem drugu, „nisi in utroque casu Ordinarius pro ipsorum filiorum bono, salva semper eorum catholica educatione, aliud decreverit“ (Can. 1132).

Cap. XI.

De convalidatione matrimonii.

Art. I. De convalidatione simplici.

Ako je zakon neveljaven radi kakega zadržka, postane veljaven le, a) ako cerkvena oblast zadržek spregleda, in b) ako v zakon znova privolita obe stranki, ali vsaj ona, ki ve za zadržek in torej ve, da je zakon neveljaven (Can. 1133, 1134).

Nova privolitev.

Novi Zakonik je v tem oziru jako natančen in določuje:

„1. Si impedimentum sit publicum, consensus ab utraque parte renovandus est in forma iure praescripta.

2. Si sit occultum et utrique parti notum, satis est, ut consensus ab utraque parte renovetur privatim et secreto.

